Letter to James I Concerning a Supposed Scandal Touching the Countess of Nottingham (14 August 1606)

Christian IV, King of Denmark

Transcript

British Library, Additional MS 4149, ff. 183r–183v

183r

The Kinge of Denmarcke to his Ma[jes]tie the xiiij of Aug[ust]:1606: From Shipboarde Concerninge a Supposed Scandall touchinge the Countesse of Nottingham: /

Serenissine Princeps, frater Charissime, Nolo nunc repetere gratiaru[m] Actiones pro omni fraterna benevolenti Mihi prestata, sed quicquid eiusmodi restat ad aliud Comodius tempus reservabo, Nunc autem quia sub velis sum, hoc nomine tantum paucis et brevissitesse

Me tibi gratias Ago, quod me de negotio isto ad d[o]m[ini] Admirallij Coniugem pertinente Certiorem reddere et tam fraterne per Nobilem Vicum presentiu[m] Latorem Mo{u}ere volueris; (vt scias, Charissimo frater; q[uo]d quicunq[ue] is sit qui protulit, quod ego Contra honorem, {existrinaconem}, seu dignitatem, vel Ad- mirallij, vel Coniugis vnquam quicquam dixe{rim}, ipsum Levissima Curiositate, et Malitia ea Confuixisse, et (sit honor A{n}cibus tuis) Comentitum esse, Nam ne Cogitavi quidem, Multo Minus dixi vnquam, quæ honorem sive existimacon[n]em ipsorum vel Lædere vel imminuere, Imo de ipsa ipsius Coniuge ita sentio, ~~quie~~ quem admodum de illustri, Nobili et Honesta Matrona Merito fieri debet, dolet autem Mihi vehementer, quod nunc sub dis- cessum Meum ita falso {insimulari}, ac traduci debeam, A te autem frater Amantissime, fraterne

peto: / .

183v

peto, vt d[omi]n[u]s Admiralius ipsiusq[ue] Coniun{x} hanc Meam declaracon[n]em {Specte}, ac expresse intelligant, Meq[ue] excusatu[m] {h[ab]eant}, forte Malevoli sunt homines qui Nobis o[mn]ibus ab utraq[ue] parte illam animoru[m] Mutuam Coniunctionem invident, quam inter nos {cæptam} esse toto hoc tempore animadverterunt, eamq[ue] Libenter turbarent, ac everterent, si qua racon[n]e, vel Mendacijs quibuscunq[ue] excogitatis, seu Calumijs disseminatis id efficere possent; Tu vero, Chariss{:} frater, dominu[m] Admirallium Confirmabis, omnesq[ue] suos a me o{ [mn] }em favorem, ac Benvolenciam, quacunq[ue] occasione oblata, indubitato expectare inbebis, quod si faciat, Numquam fullam opinionem eius, Neq[ue] enim aliud de Me meritus est, Tibi nunc Charissime frater, o[mn]ia amoris fratrem officia, ac Iudicia toto Corde defeco, teq[ue] cum Amantiss: Coniuge, et Liberis, Sorore, ac Nepotibus meis suavissimus diu fæliciter vivere ac valere opto, Raptim ac Celeri Mana, ex Navi mea: xiiijo Augusti: Anno D[omi]ni: 1606: :

Frater tuus Fideliss{ [] }, qua[m]diu vi{u}o: Chr. R: /

© 2017–2026 University of Birmingham, University of Bristol. Provided under a Creative Commons Attribution 4.0 International (CC BY 4.0) licence.